



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

23 Causam illam quæ priuatim Episcopos mouet ex Concilio Sardicensi  
verè relatam esse in libros Decretalium contra quàm Duarenus dictitet

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

maritum & vxorē. quinimodò nec maritis licet alias consecrari mulieres, nec Episcopis licet ad alias transire ecclesias, quia violatèr ambo id est Episcopi & mariti ius coniugale; hi quidem carnale, illi autem spirituale; hi propter libidinem, illi propter vel auaritiam vel ambitionem vel etiam leuitatem. qui adulterantur nunquam propterea adulteratùr vt violent coniugium, sed vt suis indulgeant cupiditatibus, ex quibus tamen ista coniugij violatio per sese necessariò consequitur & cõcomitur etiam inuitos. Synodus illa Sardicensis (vt & alij plerumque solent legumlatores ecclesiastici) causas quidem posuit quibus ipsimet Episcopi priuatim impelluntur ad suas ecclesias deserendas & ad alias occupandas; attamen quantum præterea scelus illæ causæ priuatae secum trahant respectu ipsarum ecclesiarum seu quoad publicum ecclesiæ bonum impediendum, non minus reliquit vnicuique considerandum. quid Episcopi spectarent exprimendum erat, quid hinc sequeretur incommodi publici sponte sua & per sese satis intelligebatur. Falsum præterea est quod ibidem Duarenus addit, primi canonis illius è Sardicèsi concilio prolati partem duntaxat posteriorem extare nostris in decretalibus, nempe c. 2. de elect. quando quidem prior quoque canonis illius pars extat in c. 1. de cler. non residentibus, nimirum hæc, non liceat episcopo de ciuitate sua transire ad aliam: manifesta est enim causa pro qua facere hoc attentat; cùm nullus sit

21

Nemo adulteratur vt fiat adulter.

22

Adulterium spirituale se qui trahit ex ambitiosa vel auara Episcoporum commigratione.

23

Causam illam que priuatim Episcopos mouet ex concilio

uicinus



uentus Episcopus qui ad minorem de maiori civitate transfret. En tibi causam quæ moueat quidem episcopos priuatim, sed ex qua causa maius præterea sequatur malum publicum, desertio scilicet ecclesiarum, ceu spiritualis illius coniugij violatio. Sanè Pastores gregem suum pascere iubentur, bonusque Pastor vitam pro suis ouibus ponit, & ad finem vitæ suæ vsque eas diligit, neque de fugiendo vel sese subducendo cogitat nisi fortè mercenarius dumtaxat fuerit de sese tantum pascendo sollicitus non de suis ouibus. Est igitur hæc supina Duareni negligentia, tot ac tam illustres de mystica hac spiritualis coniugij ratione tum cõtextus tum rationes non inuestigasse sed illotis quasi manibus atque tam temerè de tanta re pronuntiasse nec ad fontes ipsos intendisse digitos, cum tamen ipse sine causa nostris hoc obijciat Interpretibus, ex fonte scilicet ipsos non hausisse. Spiritualis huiusmodi coniugij ratio cessat quidem cæteris in Clericis, attamen militaris illa suæ stationis ad extremum vsque spirituum tuendæ ratio totiùsque militiæ præsidia-ria consideratio, priscis canonum ecclesiasticorum spectata conditoribus, etiãnum viget semperque vigeat in omnibus omninò clericis quamdiu status ecclesiæ Christianæ catholiceque saluus perdurabit. Ad permutationes hæc nostras quod attinet, vix vlla reperiuntur in antiquitatibus ecclesiasticis earum exempla. Nam cum beneficia ecclesiastica numerentur & sint inter res quæ non cadunt in hominum

*Sardicensi  
verè relatum  
esse in libros  
Decretalium  
contra quàm  
Duarenius di-  
ctit.*

24

*Boni pasto-  
ris officium.*

25

*Supina Dua-  
rent negligẽ-  
tia cum tem-  
eritate.*

26

*Ceteri clerici  
præter Epis-  
copos cur mi-  
grare prohibe-  
antur.*

27

*Beneficiorum  
permutationes  
cur fieri ne-  
queant, inspe-  
ctaverit ipsa-  
rum etiã na-  
tura seposi-  
tis interim  
personis.*

com-